Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

cretenſes illi ſacrificia offerre:quaſi deo. Aiunt & præſciendi fuiſſe peritiſſimũ. Deniq; cũ apud Athenienſes munichiá uidiſſet:ignorare eos dixiſſe quantarum cladium cá locus ille futurus eſſet.quod ſi ſcirent dẽtibus illũ diſcerpturos. hæc ãt prædixit multis ante tẽporibus:fertur & primus eſſe ſe æacum dixiſſe:lacedæmoniiſq; prædixiſſe captiuitatẽ quã paſſuri erant ab arcadibus:ac ſeipſum reuiuiſcere ſæpe ſimulaſſe:theopõpus ãt in mirabilibus refert epimenidis cum nympharũ tẽplum exædificaret uocem e cælo lapſam ñ nymphis:ſed ioui dedicádũ. Cretenſibus itẽ ꝓnunciaſſe belli exitũ:quod iter arcades & lacedæmonios agebatᷣ:eum quẽ ꝓdiximus:quo in bello deſerti ab Orchomeniis lacedæmonii in ius hoſtiũ conceſſere.Senuiſſe illũ intra tot dies:quot obdormiſſet annos: nõ deſunt q aſſeuerẽt:& hoc.n.theopompus ait hunc a cretenſibus curetẽ appellari ſolitũ:Myronianus i ſimilibus auctor ẽ:corpus eius penes ſe lacedæmonii obſeruant reſponſo quodã admoniti ut refert Soſibius laco.fuerũt alii duo epimenides genealogiæ.i.aſſertor:& tertius q dorice rhodi hiſtoriam ſcripſit.

pherecydes.

PHerecydes Badis filius ſyrus ut i ſucceſſionibus alexander tradit: pittaci auditor fuit:eum Theopõpus aſſerit primum oĩum de natura & de diis græcis ſcripſiſſe:plurima de illo & ſtupenda memorantᷣ.Deambulantẽ.n.ſecus littus pſamium:cũ intuitus fuiſſet nauẽ plenis uelis currentẽ: poſt paulũ mergendá prædixiſſe:ſicq; ut dixerat ſe iſpectante cõtigiſſe.Hauſtã rurſus aquá ex puteo cũ biberet:poſt diẽ tertium terræmotũ futurũ prædicaſſe:atq; ita factũ eſſe: cũ denuo Meſſaná aſcendiſſet in olympiá pialo hoſpiti conſuluiſſe: cũ tota familia idẽ migrare maturaret:neglexiſſe illum: meſſanamq; paulo poſt captá ab hoſtibus fuiſſe:lacedæmoniis ſolitũ dicere neq; aurũ neq; argẽtum honorandum ut Theopõpus i mirabilibus ſcribit ꝓcepiſſe:hoc ſibi i ſomnis Herculẽ:quẽ & eadẽ nocte regibus pherecydi ut obtẽperarent iuſiſſe: ſunt q pythagoræ iſta applicent. Tradit Hermippus illũ:cum inter epheſios atq; magneſioſ uigeret bellũ:cuperetq; epheſios uicere:quendã ex prætereuntibus interrogaſſe unde eſſet:& cũ ſe ille epheſium dixiſſet:adieciſſe: Trahe me ꝑ crura:& in agro magneſio pone:ciuibuſq; tuis abnũcia ut parta uictoria me in eo loco ſepeliát: adiecitq; ſe eſſe pherecydẽ:hæc ubi ille ciuibus renunciauit magna eos uictoriæ iceſſit ſpes.poſtridie uero cõmiſſo prælio magneſios fundunt:uictoreſq; pherecyden ex uita migraſſe cõperiunt:quem ẽt ſepelientes magnifice honorauerũt. Quidam ꝓfectum delphos e monte Corycio ſeipſum deieciſſe aiunt:Delique ſepultum eſſe.Alii a pediculis conſumptum obiſſe diẽ tradunt.Ariſtoxenus uero cũ de pythagora eiuſq; familiaribus ſcriberet:refert illum cum a pythagora q̄ uiſitandi gratia aduenerat:ut ſeſe haberet iterrogatus eſſet:digitum immiſiſſe ꝑ ianuam ac dixiſſe apte inſpice.ea poſtmodum dictio apud ſtudioſos:deteriorẽ in partem ſemper accipitur.Qui autem ea melioribus in rebus utuntur:peccát: dicebatq; deos mẽſam thyoton uocare. porro Andron epheſtius duos tradit